



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 20. Lansaci in Gallias reversuri discessus a Tridentina urbe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Franciæ Oratores inter se convenirent, quis eorum hisce ritibus interesse vellet, ita ut uno præsentente, alter abesset, interea vero ad utrumque Regem perscriberetur, sciscitando, an non circa hanc controversiam fors certam legem statuendi medium occurreret.

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

§. XIX.

Pontifex Concordiam inter utrumque Oratorem restitutam non sine animi jubilo edocet.

Vix verbis exprimi potest, quanta lætitia ad hunc gratissimum nuntium tripudiarit summus Pontifex, qui illico suas literas Musotto tradidit, ut gaudium suum tam Legatis, quam Lotharingio Cardinali testatum redderet, eis que grates rependeret, eoquod sua solertia reprimere studuerint incendium, quod per hanc controversiam in Ecclesia suscitari potuisset: denique eos hortabatur, ut Synodum brevi absolvere vellent.

Pallav. n. 6.

§. XX.

Lansaci in Gallias reversuri discessus a Tridentina urbe.

Paulo post fedatam hanc litem de fedis prærogativa exortam, Lansacus tandem petitam abeundi facultatem

Pallav. n. II.
Psal. p. 371.

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

tem obtinens die septima Julii Tridento discessit, in Franciam reversurus.

§. XXI.

Literæ a Belgii Gubernatrice ad Synodum datæ.

Pallav. c. II.
num- 5.
Pfal. p. 392.

Post Lanfaci discessum die decima Julii habebatur congregatio, in qua literæ recitabantur Margaritæ Austriacæ, quæ Notha Cæsaris Caroli V. Filia ac Ludovici Hungariæ Regis, necnon Alexandri Medicæi Florentiæ Ducis, & demum Octavii Farnesii Parmæ & Placentiæ Ducis vidua, totiusque Belgii Gubernatrix erat. Hæc Princeps Synodo plurimum commendabat tres illos Episcopos Atrebatensem, Yprensem, & Namurcensem, unacum tribus eorum Theologis, quos ad Synodum ablegabat: postea tam exiguum Prælatorum numerum excusabat, obtinens necessitatem, qua Præsules sua præsentia venenum hæresis a suis Diæcesibus arcere cogentur. Verum non constat, ad hæc Margaritæ literas a Synodo datum fuisse responsum: iis enim perlectis mox Lotharingus Cardinalis circa corruptelas suam edicebat sententiam, existimans, primum Canonem in aliud tempus rejiciendum, ac insuper Canonem de Titularibus, & de ætate, vi cuius non nisi vigesimo tertio